



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Dialecticæ

Dieterich, Conrad

Giessæ Hessorum, 1611

Caput XIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56580](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56580)

damnati pœnitentiam agent; & Damnati non
gent pœnitentiam.

Hæc de æquipollentia: sequitur Conversio Ax-
matum.

CAPUT XIII.

I. **C**ONVERSIO est mutua terminorum
in axioma transpositio, quæ
subjecto (antecedente) fit prædicatum
(consequens:) & ex prædicato (consequen-
te) subjectum (antecedens,) salvâ axi-
omatis veritate.

Aristoteli dicitur ἀντιστροφή. ut, Homo est
animal rationale: Animal rationale est homo.

[Nota. Propositio ante conversionem vocatur à
convertenda: postquam autem conversa est, dicitur
vertens vel etiam Conversa.]

2. Ejusmodi sunt tres: 1. Conversio
simplex, ἀπλή ἀντιστροφή. 2. per accidens
κατὰ μέρος. 3. per contrapositionem
κατ' ἀντίθεσιν.

3. Simplex est, qua, manente qualitate & quantitate eadem, universale
affirmatum reciprocum & negatum
itemq; particulare affirmatum conver-
titur. ut, *Omne bonum justum. Omne ju-
stum bonum. Omnis homo est risibilis. Omne ri-
sibile est homo* (est conversio axioma. univers.
affirm. recip.) *Nullus avarus est iustus. Nullus
iustus est avarus* (univers. negat.) *Quidam*

canis est niger. Quoddam nigrum est canis. (part. affirm.)

[Hæc conversio etiam locum habet in propriis, Catholicis, reciprocis, correspondentibus, ut, *Christus non est Iohannes. Iohannes non est Christus.*]

4. Conversio per accidens est, qua manente qualitate eadem convertitur universale in particulare. ut, *Omnis prodigus est iniustus: Quidam iniustus est prodigus. Omne argentum vilius est auro. Quoddam vilius auro est argentum. Omne animal vivit: Quoddam vivens est animal.*

5. Conversio per cōtrapositionem est, qua manente quantitate eadem affirmatum convertitur in negatum. ut, *Omnis virtus est pulchrum. Quod non pulchrum non est virtus. Omnis Leo est animal. Quicquid non est animal non est Leo. Quidam odor est gratum. Quoddam gratum non est odor.*

[Vnus conversionis permagnus est. 1. illustrat affectiones argumentorum & partium axiomatis inter se. 2. in primis facit ad syllogismorum reductionem, itemq; illationes & consequentias in connexis & enthymematibus. 3. juvat quæstionem alicujus probationem, quandoquidem interdum fit, ut probatio conversa sit facilior convertende. Veteres conversiones tres species hoc disticho efferre voluerunt:

Feci simpliciter convertitur: E v A. per acci:

Asto per contra: sic fit conversio tota.

Vbi in tribus istis vocibus Feci, Eva, Asto, A. significat univers. affirmatam. E. univers. negantem: I. particularem affirmatam: O. particular. negat.] Ejus sunt hi generales CANONES.

I. In conversione propositionum eadem qualitate

qualitas maneat in conversa propositione quæ fit in convertendâ, ut. *Si convertatur sit affirmativa vel negativa, etiam conversa sit affirmativa vel negativa.*

II. Eadem sit utriusque conditio, quomodo habet vel non habet, hoc est, Propositio simplex convertatur in simplicem: Modalis in modalem: Necessaria in necessaria &c. *Plan. part. 2. p. 23.*

III. Totum subjectum convertendæ prædicatum convertentis, non mutilatum, & que truncatum.

IV. Casus obliqui inter convertendos rectificentur. ut, *aliqua arbor est in agro: convertitur sic. E. aliquis ager est in arbore: ita: Ergo aliquid existens in agro est arbor.*

V. Tempus præteritum aut futurum in exigente rectificetur per præsens. ut, *Senex fuit puer: non convertitur per hanc. Quidam puer fuit senex: Sed quidam qui fuit puer est senex.*

Sic fuit Axiomatis collatio in consensu, restat quæ est in dissensu, & dicitur *Oppositio.*

CAPUT XIV.

I. **O**ppositio axiomatum est, cum eodem axioma vinculum affirmatur & negatur. *Græcè αὐτὸς δicitur*

[Vinculum, quomodo negetur & affirmetur, vid. cap. can. 3. & 4. Simplex, proprium, & indefinitum, negatur negato verbo, & vinculo, ut, *Fortes creantur firmi & bonis. Bonus non est malus, Nullus bonus est malus.* Uterque

veritate
Nullus cre
Copular
nexum, a
tiva. Dis
particular
de contra

Idem
tes, eade
termina

us. Res
Homo n

[Dicitur
propositi
nem Topi

Topica c
homo: U

qua non s
garde cer
ur, Hom

stia, neg
2. Topi
ut maxim

mo non est
bestia A
affirmato
CANON

I. C
1. idem
guitate

dem sub
tum.)

[Cano
Oppositio
Huc